

si alius nequit esse, qui constat ipse? Potest ipse, ipsum non esse affectionis pravitae; eo quod non ipse sit, qui ipse manet extra se: ipseque dici potest & ipse & alius; quippequam mente ex affectione furiosus.

6. *Ipsē & non alius.* Signat hominis entitatem, & simul hominis conditionem, Est homo ipse, illustratus ratione: non ipse, homo sine mente: & dum patrie & non rationis dominatur affectus; cognoscitur ipse & alius: igitur ipse non est, qui phrenetico amore furens extramentem sit.

7. *Ipsē & non alius.* Ambitio simulat calide conditionem, dum presentie iuxta votum possibilem dignitatem. Ipse est & alius, si obtigerit munus: equidem quae videbatur ad speciem commendabilis modestia; dum fungitur manere insolentiae summæ conspicitur arrogantia.

8. *Ipsē & non alius* (corpore & animâ in ordine ad gloriam) obijcitur Iobus. Arctes in ordine ad gratiam, cum Gertrude est ipse & alius: igitur eximij amoris vehementi efficacitate, & diversum & unum est cor utriusque.

DIDASCALIA PRIMA.

Homines florent Phœnices ex resurrectione Salvatoris.

**P**ULCHRIOR oritur post nubila Phœbus: pulcherrimusque Sol iustitiae Christus Dominus; devotâ & morte & mortalitate, in signum rusticans pulchritudinis gloriæ. Inter mortuos liber, triumphat liber, qui fuit mortuus; & ut novus celebratur triumphus, Obumbrat Stoicus in *Hercul. furent.* à v. 595.

In lucem extulit secreta mundi.  
Inaccessa omnibus, ignota Phœbo  
Vidit, noctis æterna chaos,  
Et nocte quiddam gravius, & tristes Deos;  
Et fata vicit: morte contempta redit.  
Quid restat aliud?

Patres advexit Christus in lucem, & catenatum traxit Cerberum cantem, ex ignotis Phœbo locis, & cæcis tenebris, in quibus dæmon contritus; etiam si quid nocte gravius: quandoquidem in vitam redijt, donatus gloriosâ immortalitate, devotâ & contemptâ morte. Videtur in hac victoriâ portentum, quod de Hecore fictum. *Homer. 15. Iliad. à v. 281.* inquit:

Certe magnum miraculum hoc oculis videro:  
Qualiter rursus ex integro surrexit morte vitata

*Hecor; non sine Deo propugnator exultans stat.*

Ridet Euripides, in *Troâd.* cogitationem, succinens, v. 747.

Non venit Hecor, ex terra reversus.  
Cæterum rediit ex terra Christus, surgens ex integro, dum eius resoruit caro. Dormivit, sed soporatus non est. David, qui vidit corruptionem; iurè dicit: *Ego dormivi, & soporatus sum.* Christus vero

dormivit, & soporatus non est.

dormivit in sepulchro lethali vulnere; sed non soporatus morte: etenim ex morte corruptionem non vidit, imò gloriosus è sepulchro resurrexit: erigilavit etiam percussio lateris in tumali thalamo, quasi vitæ, qui suscitatur à somno suo. *Tertullian. 5. metricè Advers. Marcion. à v. 102.*

Illi mors misera dominatur tempore certo;  
Quo renovata levi de pulvere, mors inimica

Desiciat tandem, caro quàm resoluta resurgit.

Hæc est & expedita diæ victoria summa,  
Quam fecit virtute Patris, venerandus in ævum

Factus verus homo, hominis qui membra redempta  
In calos tulit.

Ita qui dormit, salvus est. Dormit, sed vigilat cor: equidem huiusmodi infirmitas carnis, vel in morte non ad mortem inferendam; sed tantum somnus ad morientis gloriâ. Alijs coningit somnorum dormitionis, quia morte veniunt in potestatem pulveris: Christo verò dumtaxat dormitio somni; quippequam tantquam è somno, ad gloriâ excitatus è sepulchro.

2 In prognosticum elevationis Vespasiani ad imperium, plausum uti omen faustissimum; quoddam arbor cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis radicibus evulsa atque prostrata (inquit Suetonius in eo, cap. 5.) in sequenti die viridior atque firmior resurrexit. Non arbor in nec Salvatoris corruit, sed ipse in arbore de angustia & de iudicio sublatus est; qui

Sententia  
Surgit Christus, devicit mortem atque dæmonem.

Homer.

Euripid.

Psalms.

quia radicibus è vivis evulsetur. Iacuit sed post triduum firmior resurgendo floruit: siquidem in immortalitate visa transiit mortalitas, in virtutem firmitatem carnis infirmitas in speciositatem vulnerum scditas; in exaltationem passionis humilitas, contumelia in gloriâ, opprobrium in excellentiam. Casus in triumphum, atque crux dira in victoriæ trophæum; quod ovans inferret cælis, premissus resurgens à mortuis. *Arator. 1. in Act. à v. 318. accinit: Infernum Dominus cum destruciturus adiret, Derulit inde suam spoliato funere carnem, Viator ab arce crucis radiantia signa ministrans.*

Qua mirra in eius resurrectione

Conditio Squillæ.

Alian.

Iuvenal.

Christus moriens, interfecit mortem.

Ioann. 20. 11.

Senec. in OE. 100. à v. 4937.

Clau-dian. de Phœn. v. 101. & de Christi morte sua.

Pier. Valer. Conditio & devicit

floriscat novus Phœnix; è tumulto vitam hauriens. *Nasci primò pullum, totumque deferre nidum in Solis urbem:* ait *Plin. lib. 10. cap. 2.* Singularis sanè historia, quæ verum articulum representat, quamvis ficta; quoniam pro nobis Redemptor mirabiliter perfecit, ultra quæ hominis cogitatio fingere potuit. *Pix* fœminæ, cum in Christi sepulchro illarum mansisset cor; *Emerunt aromata, ut venientesungerent Iesum.* Accellerunt ergo ad monumentum, fulgentemque invenerunt Angelum obvium, qui dixit illis: *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum? Surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum.* Bonum utique, & maxime afflictis nuncium; sed quorsum ad argumentum? Quid loci, ubi sepultus, Angelica demonstratio; ut Christi sepulchri astruere resurrectione? Quibus non resurrexisset, & ibi non esse. Quid quod locus esset vacuum, vel non esset? Totus articulus: sepulchro vacuo Christum à mortuis surrexisse declaravit, exprimens signa, quod protulerat verbo. Sepulchrum Christi fuit nidus, quod triduum ut Phœnicis requiescebat eius corpus. Fuit utique bustum, ubi renovandum inter odores aromatum. Numquam huiusmodi nidus invenitur vacuum, quin exurgat Phœnix novus: Angelusque meditante sepulchrum demonstrat vacuum; quippe Christus ut Phœnix iam habet corpus gloriosum. *Ecce locus.* Surrexit, si non est hic. Hic profectò esset, si in novam vitam cadaver non surrexisset. Hic non est, donatus decore gloriæ: surrexit verè: etenim spolia videntur superposita cadaveri; & ut nidus Phœnicis est sepulchrum sine corpore. *Ecce prædixi vobis: subdit Angelus. Quid prædixit? Dixit, quod surrexerat gloriosus: prædixit, ab illis ita videndum. Unde prælagium? Ex signo. Videre locum.* Si sepulchrum vacuum corporis, in vitam novam avolvat Phœnix.

Plin.

Mirac.

Verf. 6.

Quardaudia tur Phœnix in resurrectione

Matthæ 28. 7.

Verf. 8.

Luci: 24. 14.

Verf. 12.

De Squilla pisce (lupum voracem interficiente, morte) refert *Alian. 1. Animal. cap. 30.* Primum in gusturis laxitate salit: post aculeos in miserum venarorem desigit: huic interiora exulcerantur, tumescuntque plurimum sanguinis mittunt: denique suffocatione lupum interficiens, interficitur. Ita pugna, ex qua occumbentis victoria. Dicam cum *Iuvenale, Satyr. 5. v. 81.*

*Aspice quàm longo dissendat pectore lancem, Quæ ferret Domino, Squilla.*

Mors mortis factus est Christus, ubi succubuit. Interfectus lupum mortem interfecit. Ubi est mors victoriæ tua? Absorpta est mors in victoriâ: igitur expectans ex istu triumphum; morientis in pugna, creta fuit in trophæum. Moriens animam abstulit hosti; & mors fata novissima constituit sibi. Victum est Chaos, & vivit iterum. Mortua est mors, & ex deliquio Solis splenduit supernæ lux. Quorsum Magdalene mittit lachrymas? *Mulier, quid ploras? Quid me, tenentem regna siderei poli, Cæloque tandem reddidum, planctu inebes sentire fatum? Parce: nam virtus mihi In astra; & ipsos fecit ad superos iter.* Cettamine cum morte inito, gemuit mors clusa barathro.

*O felix! quo solvimur omnes Hoc tibi suppeditat vires: præbetur origo. Quin & supplicij nomen, nexuque substi; De nos subripere letho, mortemque fugares Morte tua.*

3 Iam clarè triumphus, & instar Phœnicis ex morte devicta plausus. De illo ergo refert *Pierius Valer. lib. 20. cap. 1.* Phœnicem renasci, qui nidum è ramis avellat, & suæque inenabula & sepulchrum reponat ante ipsius Solis fores Numquam vacuum Phœnicis patet sepulchrum; quin



In cognitionem renovationis Phœnicis, ducit in tumulo evacuatio cadaveris: Petrusque miratur factum, de quo dumtaxat dubius acceperat nuncium; quippe Phœnix est sepulchro floret vivus, si in sepulchro non est corpus. Si ablatum fuisset, secum linteamina ferret. Hæc in sepulchro, nihil amplius, vidit Petrus: ubi corpus? Verè donatum vitæ novæ, gloriosa; dum videt in sepulchro haudquaquam corpus, sed cadaveris signa. Linteamina necessaria cadaveri, nequam glorioso corpori: Petrus linteamina vidit, corpusque iam gloriosum asseruit; igitur qui è tumulo vitam accepit at Phœnix, reliquit mortis spolia in signum resurrectionis. *Qui surrexit verè, apparuit Simoni.* Quando? Non dicitur, sed infertur. Aspexit mirans sine cadavere sepulchralem vestem, & cogitavit reflexille Phœnicem: etenim si linteamina in sepulchro reliquerat; è signis Simon vidit quod factum fuerat.

*Mirans*, dicitur. Quid miratur vitam exire à morte, profectò singulare. Haud creditur, tamen videtur. Iudicatur impossibile. Discipuli vel ad oculum existimabant se spiritum videre. Vivus è sepulchro! *Non credentibus & mirantibus præ gaudio.* De quo gaudium, si non credunt? Quid ergo credunt ad gaudium? Gaudent sanequam videre, quod minime arbitrabantur credibile: igitur, ut non visum, illorum, etiam videntium, excedebat fidem; mortuum atque sepultum gloria videre immortalem. Referunt feminæ prodigium; & *visa sunt ante illos sicut deliramentum.* Excedit humanam intelligentiam, ex dedecore oriri gloriam, ex morteque surgere vitam: modòque gaudent, dum vident: credentesque non credunt, quod gaudio aspicunt; quia vel in factò non facile fidei, quod sine delirio aut poterat cogitari. Mirantur præ gaudio, quid vident ex tumulo: siquidem argumentum dignum admiratione, de sepulchro florere, sed sine iure sepulchri. Pende in mysterium verba Iobi. *Sicò* (ait quòdam Redemptor meus *vixit; & in novissimo die de terra surrecturus sum.* Quia Redemptor vivit, illius vita vel post mortem expectata: de quo infra. Cur igitur si utriusque describitur resurrectio, in hoc mirabili articulo, ex quo utriusque immortalis gloria; de Redemptore non dicitur, quòd surrecturus de terra? Quis de terra non surrexit, quantumvis ex morte cadaver iniecit. Surgit de terra, qui per mortem in terram corruptibilis revertitur;

Quo invitata re-  
lita in  
sepulchro  
linteami  
nas resur-  
rectionis  
gloriosas

Verf. 41

Cur  
illam vi-  
dentes  
mirantur,  
sed non  
credunt

Verf. 11

Job. 19.  
85.

In quo  
Christus  
ex morte  
vixit se-  
pulchræ

haudquaquam qui immortalis ex mortalitate oritur. Surgit in gloriam de terra, quisquis non surgit virtute propria: Iobusque dicit, quòd Redemptor resurrectione florebit, dum ille per illum de terra surget; quia in sepulchro dabitur locus cadaveri absque ulla iurisdictione sepulchri: igitur virtute propria ordinabit corpus immortalitatem; quia corpus mortuum redigatur in pulverem.

Hinc de se dicit: *Ipsè & non alius.* Ipsè, non alius; sed ex alio, quia ex non esse, seu pulvere resurrectio. Christus ipse ex se ipso & non alius; licet mortuus & sepultus: quandoquidem Iobus sensit mortis corruptionem, verum Christus non sensit ex morte mortalitatem. *Mors illi ultra non dominabitur:* dicit Paulus. Postquam ab ei hominis vita adempta, morte dominatur ultra? Profectò dicit pulvis cadaveris in sepulchro: morsque in Christo ultra non dominatur, quamvis in sepulchro ponitur; quoniam uti Redemptor ostendens propriam virtutem, non vidit vel in sepulchro dominativis mortis dominationem. Redemptorem Christum respexit, ut illum post mortem etiam à morte redimeret; ut videretur ipse alius miraculosè; & non alius esset, sed idem ipse. *Ipsè & non alius;* eum in gloriam surrexerit Redemptor Christus: cuius triumphum felix sequeretur homo, atque mirabitur humana conditio: diciturque alia & ipsa, ipsa sed altera; quippe ex gratia Salvatoris (summà glorià resurgens) faustè mutabitur conditionis forma, quin immutetur mutatione natura. Illum sequentes, vivemus instar Phœnicis: *Qui seipsum* (ait Tertullian. de Resurrect. carn. cap. 13.) *libenter funerals renovat, natali sine decedens, atque succedens iterum Phœnix.* Ubi iam nemo, iterum ipse: qui non iam, alius idem. Ipse Dominus surgens dedit exemplar, ut in nobis resuleret glorificationis iubar. *Ipsè Iesus ibat cum illis. Videre manus meas & pedes, quia ego ipse sum.* Alius & ipse, ut renovatus Phœnix. Ipsè, quia eiusdem naturæ cum hominibus ceteris: alius, quippe gloriosus, iam alterius conditionis: igitur iam elevavit in gloriam, quam mortalem susceperat propter homines naturam. Sequitur triumphum homo, illo surgente de tumulo, ac demonstrante, absorpta morte per immortale corpus, quòd fit ipse & etiam alius: alius & ipse, quoniam eiusdem naturæ & alterius gloriæ: igitur illi complacuit naturæ humanæ com-

Verf. 27

Rom. 6.  
9.

Et surri-  
post à do-  
minante  
morte do-  
minatio-  
nem

Tertul.

Luc. 24  
15. &  
39.

Gloriam  
comuni-  
cavit sa-  
ri huma-  
ne natu-  
ra.

communicare gloriam; quippe acceperat naturam. Modum exprimit Draconius de Oper. sex. diem. à v. 343.

—*Mos est, de flammis tollere flammam; Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.*

Draco.

*Damna aliena solent aliorum lucra parare: His questus, non damna parant in fomite flammæ.*

*Detrahit: auferre iubar, accenditur ignis. Ecce dedit hominis.*

Gregor. Nazian.

Facta est Redemptoris resurrectio propter resurrectionem; inquit Gregor. Nazianz. Orat. 1. Quid mirum? Propter resurrectionem fuit resurrectio; quippe surrexit ut resurgeret homo. Noluisset Ulysses Circes calicem, fictam continentem dulcedinem, quoniam potus ingerebat effugiem irrationalem. Ut homines eveheret Christus in altiore gradum, hausit usque ad facces poculum. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum: Bibi, hausit; & non solum hominibus naturalem effugiem; sed restituit Deitatis quam amiserat imaginem: etenim cum propter resurrectionem fieret ejus resurrectio; surgens uti Phœnix de sepulchro, non tantum redemit captivam imaginem Numinis; sed etiam corpus quo splendet, quæ est imago Deitatis.*

Ioann. 18. 11.

*Inde fides, dextraque data, thalamoque receptus, Contigit dotem sociorum corpora possit.* Hinc Gregorius Magnus: *Candor enim vestis* (inquit Homil. 21. in Evangel.) *splendorem nostræ denuntiat solemnitatis Nostræ dicamus, an sue? Sed ut fateamur verius; & suæ dicamus, & nostræ. Illa quippe Redemptoris N. resurrectio & nostra festivitas fuit; quia nos ad immortalitatem reduxit.* Aptè Reddedit: Igitur immortalitatem, quam in paradiso perdidit homo; restituit surgens de tumulo, singulari ex resurrectione gratiâ, vivificando mortalia corpora nostra. Tertulian. d. lib. 3. v. 236. modularur:

Ovi. 14.  
Met. fab.  
6.

Gregor. Magu.

*Per gentes tradit ubique Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membra.*

Tertul.

*Corporis ipse salus, membrorum vita perennis.*

*Ipsè caro factus, pro cunctis ipse peremptus: Ipsè surrexit primus, spes una salutis.* Surrexit: Ergo mortalis amissam immortalitatem restituit; ut nostræ esset festivitatis, quæ eius erat gloriosa resurrectionis: etenim in plenum triumphum, ut mortis victor poscit corpora sociorum: Tom. VII. Tautol.

Cur eius  
gloria fe-  
stiva fe-  
stivitas  
nostræ

reformavit enim corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Lazarus mortuus est ex languore lethali, vitam premente. Infirmicatem nunciaverunt foreores, sed Christus sanare distulit, ut resuscitaret postea: discipulisque dixit: *Infirmis hæc non est ad mortem; sed pro gloria Dei.* Venit ergo Iesus, quòd videnda eiusmodi gloria; & occurrit ei, fratrem lugens, mœlissimam Martham: cui, ut lacrimas abstergeret, dixit: *Resurget frater tuus. Ego sum resurrectio. Credis hoc? Quod illa: Utique Domine, ergo credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.* Quorsum hæc? Christus fratrem resurrecturum de tumulo, asseruit: quo igitur orationis filo, in hunc mundum Christum è celo venisti; respondit: Ut adhaereret spe fidem, quæ cogitavit resurrecturum fratrem: igitur qui gloriosus, in hunc mundum mortalis venit; ut mortuos ad vitam de sepulchro revocaret: siliusque Dei vivi dicitur, dum cadaveris resurrectio proponitur; quoniam eius resurrectione perfectâ, exultabunt è sepulchris ossa humilitata: etenim surgent gloriosa ex abiectione pulveris, quomodo Christus surrexerit à mortuis per gloriam Patris. Novum est, quòd in morte vita sit. Ad hoc descendit de celo, qui uti Lazarus etiam dependendus in sepulchro: siquidem ejus gloriosa resurrectione, resurgent viventes mortui, & innovata vita. Icecirò infirmitas Lazari, quæ in mortem fuit; non in mortem introducta, sed tantum pro gloria Dei. Esset infirmitas in mortem, modò cadaver redigeretur ad pulverem: si mors arripere à corpore vitam, ut converteret in terram: si moveretur homo, iacens mortuus in sepulchro; hacque infirmitas lethalis, non fuit in stemma mortis, sed ad Domini gloriam: quoniam in sepulchro cadaver translatus de morte ad vitam.

Ioann.  
11. 4.

A v. 13.

Cur Cur  
resurgen-  
te homi-  
ner non  
morian-  
tur in  
mortè

P'salm.  
48. 10

*Non videbit interitum:* astruit David. Interit & non est mors: In ipsa resurrectione index fulget potestatis; quippe resurrectio ex mortuis: corpusque non interit, quamvis mortuus, & cadaver sepeliatur, quoniam Christo surgente vivificatur, & de sepulchro in eius gloriam assumitur.

*Securè moritur, qui scit, se morte renasci: Non èa mors dicit, sed nova vita potest.* Uti diximus in Litter. n. 1. Corpus etiam si mortuum fuerit viveret, etenim surgent

Ioanich;  
Chame.



te Christo, in morte mortem gullabit, sed non videbit. Videt interitum corpus mortuum, si sepulchrum domus eius in aeternum: sed non interit, quod moritur, tamen propter mortem sepeliatur; quod quia Christus resurrexit; e sepulchro vitam habet. Mors non mors quae tendit in vitam: imò mors vita quae tendit in gloriam; qua corpus mortuum (quia mortale) in novitate vitae resurgit incorruptibile.

*Eorum corpus gloria Christi, si me corporis conditio tenet.*

Erit uti in Phoenice sepulchrum nidus, ubi sine corporis conditione resoret corpus: ipsaque morte nullus interitus est; quia si vita ex ipsa morte, perperam dicitur mors. Mors valet, sed non praevaleat: non eam mors dicit, sed nova vita potest. Pende. *Resurget frater tuus. Credis hoc? Utique Dominus.* Verum unde? *Ego sum* (ait Christus) *resurrectio* in radice, id est, causa resurgendi; credis hoc? Infallibiliter surget de sepulchro frater tuus: quandoquidem in huiusmodi vitae mirabilem novitatem fiet resurrectio propter resurrectionem: habebitque Lazarus ex ipso sepulchro vitam; antequam eum de morte subripiam gloriam: etenim cum gloria & in gloriam perducitur e tumultu resurrectio; ut in vitam & gloriam resurgat homo.

10 Dicit Iobus, *Scio* (inquit) *quod Redemptor meus vivit.* Quid ex hoc? Quid: *De terra surrecturus sum.* Ille de terra surget, quia Christus vivit: Quorsum vita Christi morte devicta, ut Iobi cadaver cum gloria surgat terra? Non solum Christus venit animae Redemptor, sed & corporis Salvator in novitate vitae, quippe vita ex eius morte. Gloria mortui humani generis pendet a resurrectione Redemptoris, qui dotes gloriae communicabit corpori, cum mortis victor surrexerit de obscuritate sepulchri: Iobusque sibi etiam ex terra asserit resurrectionem, dum corpus Christi e sepulchro hauriat immortalitatem; quia de sepulchro in novam gloriam surrexit, ut homo in vitam & gloriam etiam cadaver resurgeret. Vitae dum participes etiam in carne immortalis lucis; Deus Dominus & illuxit nobis: etenim et si cadavera, ad immortalitatem in lumine eius videbimus lucem.

*Christus dum surgit, a corpora nostra redimit.*

11 Videtur vera Redemptoris sanguine (quam commentus est Callisthenes) Ara Midæ. Eius filius sponte, ne periret totum regnum, se dedit in sacrificium. In eius memoria extracta est ara, quae quidem, ut asserit ille, 2. *Metamorphos.* Plutarch. in *Parall.* n. 5. & Causin. lib. 2.

*Ara Midæ quæ, curi*

Symbol. 13. ex terræ facta est aurea; eò quod aperta usque in Tartarum terram, minime coluit, nisi hominis anima. Vetusitas, ut dicam ex Martial. lib. 9. *Epi-gram.* 36.

*Plurima sed fingit, sed quasi vera refert.* Propter originale in paradiso delictum, exales cum morte & inferno pepigerunt pactum, quo infernum usque victrix praevaleret mors, & ad recipiendum reos Orcus aperuit os suum, quod hifcens occludi non valuit; quousque anima Christi in cavernam descendit; seque dedit, ut praecipites, inferno mancipatos, liberaret, & nomen aeternum sponte vitam amittens, acquireret. In memoriam erecta est ara (humana nempe natura, quae ab illo voluntaria morte erecta; quippe iacebat in pulvere triumphante morte) chirographum cum deleteret, atque cruci in libertatem affigeret: factaque est aurea, quae peccato fuerat terræ; eò quod Christo resurgente, ex conditione terræ corruptionis, nata est aurum gloriose immortalitatis. Apposita, sed aliò intentus Manilius, 4. *Astron.* cap. 1. ad v. 49.

Martial

*Quomodo corpus in manu tenuit*

*Quis tantum mutare potest sine Numine, fatis?*

*Hoc nisi Nomen daret, numquam fortuna tulisset.*

*Ille qui celo genitus, caeloque receptus, Cum bene copositis victor cibilibus armis, Indicium dextra retinens, crimenque cruore Delevit proprio, posse ut vincere fata.*

Manilius

DIDASCALIA II.

Penitentia tarda omnino periculosa.

1 Nonnumquam in natura exigens fumus: e contra operatio intra penitentes peccatus: e quidem ex fumo criminis oritur ignis amoris, ex quo flagrat vehementer cor; ut ex vitio decor sit.

*Ex fumo criminis ignis re. lucet amoris, Virgil.*

*Fumiferos fert ignes.* Ait Virgilius, 9. *Aeneid.* v. 522. Fumus acrimonia percudit oculos, ex quo oritur promptissime fletus; quippe natura non habet quo extinguat ardentem incendium oculorum, praeter aquam lachrymarum. — *Est quedam sive voluptas:*

*Expletur lachrymis, egeriturque dolor.* Ignis fumum mittit; sed in corde penitentis niger fumus ignem congerit: igitur ut lachrymis e pectore egeratur cordolum;

*Ovid. 4. Trist. 3. v. 17.*

*Quenam conditio Anacamperetis Plin.*

lium; ignis amoris tendit in fumum: quem quidem curat accendi, ut quae fumum iam sine flammæ: in pectusque redeat amor, cuius absentiam deplorabat dolor. Diximus ex Plinio, *Tom. 4. T. 9. D. 3. n. 19.* herbam Anacamperotem tantæ esse efficacitatis; ut eius tactu depositi redirent amores. Huiusmodi herba, quae tantum divina gratia, pretiositate philtri, invenitur dumtaxat in florido paradiso penitentiae; cuius tactu amoris ignis fumo peccati depositus, cordi statim restitutus: etenim si eius splendor in fumum versus per crimem; iam fumus in splendorem: illic quippe ac tactu penitentiae in pectore incensus dolor; intensiore flammæ redijt depositus amor; quo dum fumo criminis à penitentia inflammatur, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

Garc. ab Horto.

2 Gracias ab Horto, lib. 2. cap. 21. & Paludanus, 4. p. *India Oriental.* causam in nostrum propositum reddunt. *Flere facit tacta.* Quid si amorem iam depositum restituit? Videtur in dolente fugam ignis, quid faciat fumus doloris: igitur si amor avolat, dum crimen in pectus intrat; numquam efficacis amor restituitur cordi, quam lachrymis penitentiae. In vulnus virulentum apsidis praesens medicina est aqua. Unde Aelian. 9. *Animal. hist.* cap. 62. insit: *In quinquatrijs circulator ad ostentandam suam ipsius sapientiam, simulque ad artificium suo specimen dandum; apsidem ad brachium admovit, & ex impresso morsu virus exurit. Cum postea non aquam, quam sibi preparaverat, exsorbuisset, quod ea esset subducta (ex insidijs vas fuerat eversum) post sine dolore sensim pernicie veneni illapsa, extrahuit, & vitæ privatus est.* Exemplum obicitur impenitentis: etenim virus bibit, abestque sensus doloris. Deficit aqua quae haurit virulentæ medicina: signumque claret mortis, si dolor aufugit vulneris; peritque vita, quippe deficit aqua. Aqua ista semel haurito veneno peccati, est in apotheca penitentiae. Sepe itaque homines venena voluptatum fidenter bibunt, quoniam in posterum adversus venenum aquam lachrymarum disponent, ut filij Heli filij Bellial: qui ut asserit Philo Biblius, correcti à patre, in senectute promittere penitere; quasi sanctus & penitentia essent in illorum voluntate. Hinc filij dicuntur Bellial: quia insidiae diaboli sunt, spondere tempus ad flagitiorum plancus; dum ad plancus non est tempus: igitur repente

Aelian.

1. R. eg. 2. 12.

in inventure mortui, qui voluerunt si voluerunt) penitere in senectute: filij sane Bellial, sine lege, sine iugo, sine freno; quippe vanâ fiducia in posterum penitendinis, praevia iniquitate convertuntur in demones. Spe futuri lugunt apsidem venena, à dæmone dolis subtrahitur aqua: venenoque tabescentes privantur vitas quoniam veneni non penitet, quos mori sine dolore non dolet: nequit enim dolere de crimine, quem non penitet de morte: moriunturque sine sensu, quia moriuntur sine plantu: moriuntur uti vixerunt. Aquae fiducia (quia adversus apsidem medicina est aqua) cridimum perplacuit toxicum: mortuique sunt, aqua in expulsiōnem deficiente lachrymarum: etenim in criminum virus, remedium criminum ferus sine dolore pernicie veneni illapsa, inter mortuas mortis ex tate deperat vita.

3 Carpat Seneca eiusmodi stultitiam vel amentiam in cogitationum vanitatem & fugam. *Audis plerisque dicentes: Sexagesimus annus ab officijs me dimittet: & quem tandem longioris vitae praedem accipis? Quis ista scitū disponis, ire patietur? Non pudet te, reliquias vitae tibi reservare? & id solum tempus boni mori destinare, quod in nullam rem conferri possit: Quam seram est, tunc vivere incipere, cum desinendum est? Cur tam sulca mortalitatis oblitio, in sexagesimum annum differre sana consilia, & inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt? Omnia tamquam mortales timetis: omnia tamquam immortales concupiscitis.* Ita exclamat, de *Brevi. Vitæ*, cap. 4. Ardua dicitur penitentia: & vitæ debilitas reservatur in ardua? Firma valetudo in crimen, & qualitas in penitentiam? Stultitia est: sine sensu, quomodo dolebit cor? Unde irrepit dolor mentis, si mentem surripit crucianem corporis? Non est sensus, & vulnera sentiet? Motus erid ad caelos, & corpori non est motus? *Non est sensus, ubi est amaritudo; quippe subtrahit omnem sensum: unde ægitudine corporis & molestia amaritudinis, ad bonum peccatorem converti, & recipi frugi; est velle, sine motu moveri, & sine sensu sentire.* Est sensus & non est sensus, ubi ex dolore corporis percussit animus, qui solum attendit, & intendit ubi dolet: etenim si vulnus corpori & animo; æger adest ubi corporis amaritudo: vulnus enim & dolorem animi praetermittit; nec dolet, de quo non dolet.

*Deperit peccatoris vita, si praevia penitentia.*

Senec. *Crimin. in futurum penitendo cogitatio. nes praesens sine intellect.*

Eccl. 22. 15.

Non



Plalm. 6. 6.

4 *Non est in morte qui memor sit tui:* dicit Domino faucis ictu peccati David, infirmus animo sagitta criminis, cognoscens tamen discrimen infirmitatis, & periculum in morula curationis: quapropter subdit: *Convertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.* Nunc; nunc Domine xgrā animā, & valido corpore, tempus faciendi: equidem si in mortem extenditur medicamen, nullam animā in salutem obtinebit conversionem. Eripe Domine modō animam meā à crimine, quippe quāam dolet de vulnere; & compuncto corde pungitur animus: haudquaquam in morte qua sentiendo non est sensus, nec dolor sentitur, eō quod sensum furetur corporis dolor: nunc siam salvus, quia misericordiā tuā cognoscitur valuis, & etiā misericordiā cognoscitur; ubi valnere anima faucia compungitur: non utique in morte, qua rarus est qui memor sit tui, ut penitentiam agat, & ad te animam xgram convertat: igitur tunc vel tua insignis aufugit misericordiā, qua recedit penitentia. *Non est in morte qui memor sit tui.* Dūm sui xger prae dolore recordatur; tui, ut veniam deprecetur, obliviscitur. Quid si in morte misericordiā non sit, quōm miser in illa obliviscitur Dei? Corpus quod corruptitur aggravat animam: fugitque misericordiā, nullam videas penitentiam; quoniam prae dolore corporis, obliviscitur xger doloris criminis, qui necesserit ad penitentiam propter salutem inseritur; ut qui moritur dolore, prae dolore non moriatur. Quia in morte dolor, nemo Numinis est memor. Ubi maior in subsidium recordatio, maior viget oblitio: Proh dolor! Sensus amittitur. Memor Dei est xgri cor, si dolor criminis est: nemoque in morte, Dei oblitus corditus dolet de crimine; quia dum dolor esse debet in illo, ille totus in dolore.

Cur in morte, penitere difficile?

Marc. 5. 23.

Verf. 5.

5 *Agra iacebat ad mortem filia Archisynagoga Iairi.* Hic procidit ad pedes Iesu, & deprecabatur eum multum, dicens: *Filia meā in extremis est. Veni, impone manum super eam, ut salva sit & vivat.* Quid Iesus? *Abijt cum illo.* At cum paululum subsisteret in alterius curatione; *veniunt nuncij ab Archisynagoga, dicentes: Quia filia tua mortua est.* Grave occurrit argumentum. Si Archisynagoga erat in Salvatoris praesentia: quomodo ab illo venerunt, qui denuntiarent illi de mortua filiā? Ut ab illo venirent, neces-

sarium erat, ibi esse, unde venerant nuncij. Si ibi erat, filiam mortuam nequaquam ignorabat. Si sciebat nuncium, quorsum nunciantes venerunt? Haudquaquam ab illo ad illum venire poterat, dummodō ille in praesentia Iesu, quin removeretur, erat. Non erat, etsi esset ibi: Quia lege? Erat in dolore. Erat, ubi dolor vocabatur: & ab illo ad illum nuncium mortuae filiae volat; quia non erat, ubi erat. Erat dolore extra se, fugit à dolente cor: abijt quōd premebatur sensus, quin haberet animus. Ictus amaritudinis, non erat, ubi erat corpore: & quamvis salutem à Salvatore sperabat, cum illo, & coram illo non erat; quia praesens dolor ita sensum ademittit, & extra se trahit, ut nec de Christo, quem praesentem habebat, cogitaret. En peccator in aegritudine vel in morte filiae animae faucis fatagens, quae quidem est in extremis. Dolor aegritudinis urget: plus criminis urgere debet; sed obliviscitur, quippe tantum de corporis incommodis recordatur. Cogitat infirmitatem non crimen. Non est, ubi manet; sed ubi dolet: cuius urgentia ita prae sensu extra sensum tollit dolentis cogitationem; ut nec Iesum cogitet habere praesentem. Non est in morte, qui Deitatis sit memor, cum premit in extremis corporis dolor; ex quo provenit finalis impotentia, & quod in conversionem avolet misericordiā: quandoquidem angor ita extra se ducit cor; ut obliviscatur ad stare coram Iesu: huius immemor, & molestiarum memor, sine dolore criminis; quantumvis in praesentia Salvatoris: igitur in illo non est dolor penitentiae, quia totus homo dumtaxat est in dolore.

In morte non est sensus nisi ad sensum.

Vera & falsa in dolore mortis penitentia.

Luc. 13. 29.

6 *Videtur discrimen inter duos latrones dolentes in extremis, iuxta crucem Salvatoris.* Uterque quarebat salutem, verum ob diversum finem: igitur unus ne amitteret vitam; alter verò vel eum dolore, ut ageret penitentiam. Hic dolet, quia erat in cruce, ceterum dolore penitet: nec penitet doloris, etsi acerbissimae crucis, crucem patiens, cruce dolens: obtinuitque à Domino animae conversionem, quia nequaquam per dolorem cogitabat crucem, sed Iesum quem videbat cruce pendentem. In morte memor fuit Dei, ac dolore in eum excitavit cor, accipiens gratiam; ut quamvis serò ageret penitentiam; alterque perivit, quamvis Salvatorem coram oculis habuit; quia cum illo non erat, esse flaret coram illo in ligno crucis, clamans pro salute cor-

po-

Fiat hoc, quod possibile non fieri.

Senec.

Terent.

Chry. solt.

poris: unde cum Christum patientem etiam vidisset, quasi non esset; quippe non erat in cruce doloris criminis, sed sine fructu patiens in cruce doloris: Christumque utriusque in cruce clamanti, non parit, confertens gratiam; quoniam in uno ex dolentibus non invenit penitentiam. Hoc micat periculum in procrastinatione penitentiae. Si futurum homini bene erit; quanto melius est hodie, quam futurum? Si futurum, utile; utilius sanè in praesenti. Nemo securus est de crastino, quantumvis paenitentia valetudo. Sculticia est expectatio. *Remove* (inquit Seneca, Epist. 117.) *ista lufuria arma: decretorij opus est. Agatur aliquid. Non est bonum futura sapientia. Ego interim nihil ventura sanitas prodest. Quis nescit, hoc ipso non esse bonum id quod futurum est; quia futurum est: Quod bonum est, utique prodest: nisi praesentia prodesse non possunt. Si bonum futura sanitas; necesse est ut xger iaceat, quousque sanitas veniat. Futurum est ab infirmitate liberi non est: erit, cum fuerit. Ex nihilo nihil fit. Quod futurum, nihil est: sed non futurum, sic debacchantem designari insanum: quandoquidem despicientia, voluntarie retinere infirmitatem, propter futuram (si futura) valetudinem. Cui placet bibere virus, quia futurus medicus? Quod postea factum velle, age: utilius & melius hodie. Nunc ita: necis, si facturus postea. Accinit vel Ethnicus, in *Heantoni*. Act. 2. Scen. 3. à v. 102.*

*Quid ego nunc? Quid boni est? Quod boni datur*

*Modò, fovee dum licet: nam nescias, eius sit Potestas posthac an nunquam tibi.*

7 *Ita peccatoris procans infania, ut praevalcat in vanitate sua. Fusè Chrysostomus Homil. 22. in 2. Cor. sensu moral. Cave (inter alia, reflexione digna inquit) dixeris: Erit tempus cum ad meliorem frugem revertendum erit. At inquis, Multis Deus in extrema quoque senectute, peccata sua confitendi, spatium concessit. Quid tum: An tibi quoque concedet? Concedet fortasse, inquis. Quid ais, Fortasse, & interdum & saepe? In mentem tibi veniat, te de anima constilium intrare. Contrarium pone, tecumque ita reputa: Quid autem si non concesserit? Tu contra. Quid autem, si concesserit? Concessit quidem ipse: verum tamen hoc tutius est & utilius. Ex dilatione periculum nascitur: ex cunctationis fuga & certa & perspicua salus. Incertis eventibus teipsum committis. Non*

*ita incertis, inquis, sed Dei benignitati.* Responderit Siracides: *Ne dicas: Misericordia Domini magna est: misericordia & ira ab illo: procedit enim ab illo implacabilis ira; quoniam toto vitæ tempore, ad crimina abusus os Domini misericordiā: tempusque quod dedit in penitentiā, trivisti audacter in ampliore pravitatem. Quid quod amoris flamen, in coringratum revocetur in fulmen? Quid si misericordiam non inveniat, qui venientem pravè expulerat? Qui quaerit, invenit: qui repulsi, etiam desiderans non inveniet.*

8 *Qui mane vigilans ad me, invenient me. Pende Mane: id est, tempellive: non in morte, qua in cordis conversionem non est virtus, & forsā non erit tempus. Mane, tempellive; quia qui penitentiam quaerit lucem, illum oportet, praeveneri Solem. Mane: haud sanè in extremis vitæ: etenim non invenit, qui tunc cordis compunctionem quaerit; quoniam tunc plus vigilat prae dolore corporis, quam prae nimia amaritudine criminis: caroque cruciatibus opprimit mentem: ut nullam, cuius non dolet, exerceat cogitationem. Mane, non serò vigilat, ut quaerat anxie quod quaerit: igitur si non mane, tunc non est vigilare, sed prae dolore, sine dolore dormire. Mane, quia tunc opportunè: quandoquidem minimè vigilat, ut penitentiam inveniat, qui illo tunc odio criminum penitentiā quaerit; cum tota vita oculis clausis ad flagicia tantummodò vigilaverit. Mane, ut sit animae bene: Sin intempellive, malè: equidem si tantum invenit, qui mature quaerit; non inveniet quod optat, qui serò vigilat. Ex tempore sollicitudinis, ac inquisitionis, pendet fortuna felicitatis. Qui mane vigilat, necesse est ut gratiam ad penitentiam inveniat. Praevenerit enim tempus, ne cunctatione putresceret vulnus. Qui serò ad pharmacum inventiendam vigilavit; forsitan inveniet, & forsitan non inveniet. Dormivit plenus ulceribus sine dolore nonnumquam: aescit iter, & quā perveniat ad penitentiam. Quid si erret, dum semitam non cognoscit: Vigilat, sed oculos, ne videat, prava consuetudo gravat. Vigilat, ne in morte obdormiat. Vigilat, ut desiderata inveniat. Vigilat, & forte inveniet; & forsitan non inveniet, quippe serò vigilavit. Mane tempus est. Inveniet, qui mane vigilaverit. Ergo si non mane non inveniet; quippe licet in criminum penitentiam dolore moveatur animus, ad*

Ecclesi. 6. 6.

Erant in penitentis fiducia de Dei pietate.

Prov. 8. 17.

Penitentia ante mortem venit re qualem.

adus



adus penitentiae obvia morte non est tempus. Manè: quia qui vulnus & virus in vulnere sentit...

Dracont. Eccli. 4. 13.

Staltria, tota via delinques ac morte velle cen segrii.

Tertull.

Tum miseranda venit, lugens sua crimina turba: Effundit gemitus lachrymis arentibus omnes...

10 Placatio licet pendat à doloris contritione: contritio ut pura sit pendet à tempore penitentiae: etenim sine placatione, penitentia aspicitur: sed quia ferò dolor, penitentiam non amplectitur: surgit ergo ad plenam reconciliationem donum gratiae ex amplexu penitentiae.

Plin.

Quae lachryma candida in penitentia & qua nigra

dida balsami gutta: si ferò; nigra profectò lachryma: & quamvis lachryma, placationem non praestat, dum vulnus sanatur...

Sola est iniuria facti: Reddat, & emendet facta priora novis.

12 Hinc pro acceptabili penitentia dicitur: Quasi balsamum non mistum odor meus. Exprimitur esse balsamum: sed enim nequaquam mistum: lachrymam candidam, neutiquam nigram.

Tolle moras: semper nocens differre paratis. Ideò nobis propter emendationem malorum (infit N. Clorius Patriarcha, Prolog. S. Regul.) huius dies vitae ad inducias relaxantur.

Ovid. 4. Fastor. v. 594. Eccli. 4. 21.

Ex lachryma candida, penitentia lachryma per fella.

Lucan. 1. 1. 481. S. Beue.

Ferò relaxatio temporis in aug mentatione penitentiae.

Tertull.

Terull. quò dudum, cap. 12. vers. 23. Pessima cuncta bonis, cedant mortalia vivis.

Ambros.

12 Ambrosius propter huiusmodi penitentium eventus, quos vel surgens cadit animus; ait de Penitentia, lib. 2. cap. 10. Facilius invenit, qui innocentiam servaverint, quam qui congruè egerint penitentiam.

Qui penitentiam abluuntur & non mundantur

Isai. 2. 6.

Qui penitentiam abluuntur & non mundantur: Quis peccatum à Numine non videtur: quandoquidem si crimine dolore pectoris sicut; mundi sunt oculi eius, ne videat malum.

In mortis hora, suspiciosa penitentia.

13 In superstitione Aegyptiorum exhibetur exemplum. In Apim eligeatur bos, de quo latè in Ephemer. varijs in dieb. Primò Nili aqua abluuntur, post

uti Numen ostenditur, cuius insignia Candicans macula; ut ait Plin. lib. 8. cap. 46. & ex eo Testor, Offic. cap. 2. lib. 7. Elucet in insignijs bovis abluti, quid contingat congruè vel incongruè penitentiae. Si in morte,

Concreta diu prolixius peccatore culpa. Sed remanet, ut ritu mundetur, macula: si in vita fiat, & exprimat de crimine dolor; ex macula candore sit splendor: & post sicut lavacro, sollicitatur mundities plena purificatione; ut dolor resulset in candorem penitentiae: etenim quàm in vita est criminum penitudo; sine macula sit gratia perfecta reconciliatio: suspiciosa patet acer dolor penitentia; si propter praesentiam mortis, apparent lachrymae nigrae.

Quod presium superest, mortis quia lege tenetur.

14 Ierusalem est post servitutem remissa captivitas; de non antea penitentia luit miserè peccata. Ploravit, sicut non nemo, sed ploravit in nocte: id est, in sine vita. Lachrymis sicut ablata, verum non munda; quippequàm remansit macula: perseveravit etiam post lachrymas dolor; quousque veniret penitentiae candor. David econtrà, in quo candicans macula, vel supposito crimine.

Lachryma mea panes die ac nocte. Verè profectò penitens, cuius vita alitur lachrymis. Die ac nocte. In vita, & etiam mortis praesentia. Haud reuert, qui deliquit, corde penitere in morte, qui penitentiam egit toto curriculo vitae. Candebit macula praesentiore penitentia; quoniam non mista balsami gutta, nec niger dolor, sed purificans amor, inveniens quietem; etenim vigilans amplexus est placationem. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis, & mors ultra non erit, neque lactus, neque clamor, neque dolor erit ultra; quia prima abierunt.

Hinc letis animis pravum depellite crimen: Abstergete pijs commissi piacula sacris: Et faciles certique bonum decurrite cursum: Intermissaque Deum precibus placate tremendum.



Plin.

Tertull. div. 20.

Quinque candor penitentiae

Idem ibid.

Thren. 1. 2.

Verè penitens, qui abluuntur lachrymis. Psalm. 41. 4. Cur penitentis felix mors?

Tertull. d.



DIDASCALIA III.

Quem penitet peccasse, penè est innocens.

Senec.

INQUIT Seneca in Agamemni. v. 243. In penitentia encomium & penitentium solatium, huiusmodi saepe reperitur argumentum: igitur ita placide Numen penitentem respicit; quasi numquam deliquisset. Unde penè innocentem, penitentem Ethicus dicit; ut crimen sine crimine noter. Penè, quia peccavit: Innocentem, quoniam luxit: equidem per cordis, crimine puncti, dolorem, ampliore quam innocentia, acquisivit pulchritudinem. Saepe virtute valentior, qui semel ad hostem fugit, quam qui numquam à castris Imperatoris recessit: igitur cogitans ex fuga pudibundam ignominiam, facinoribus præclaris virtute delet infamiam. Non enim mactatur vitulus pro filio remanente in patris domo; sed pro filio prodigo, ad frugem penitentia revocato: equidem excellentiorem in victoriam demonstravit virtutem; secum recogitans ex transfuga confusionem. Quod longo tempore primi gratia haud perfecte detrida; hic novissimus, in caltra, atque mentem revocatus, una hora: consummatus in brevi, explevit tempora multa. Appositè Manil. i. Astron. cap. i. v. 54.

Plus in gratia vales, quem crimi nianu pu det.

Manil.

Singula nam proprio signavit tempora casus Longa per assiduas complexus secula curas.

Marc. Senec.

2. Vestalis virgo incesti damnata, invocata Vesta, & immutato proposito; deiecit in præcipitium de saxo. Salva cecidit, dum è rupe corruit. Quid? dicit, Controv. 3. Marc. Senec. Patrocinium suum vocat perenni infelicitatem. At se innocentem, quia perire non potuit. Damna ta delicta est: absoluta descendit. Putares puellam demitti, non cadere. Nullam habebat gratiam: Itaque tantum Deos invocabas: lex non usque ad saxum discesseret, nisi expectaret Deorum sententiam. Ita Dij maluerunt absolvere damnatam. Ubi delicti penitentia, etiam mollescent in auxilium dura saxa: damnique è rupe præceps defecta non sensit; que cadendo è lapsu fugit, maxime in invocando cælum, quod ad clamorem venit in patrocinium. Propert. 2. Eleg. 3. v. 11.

Propert

Etiam si pecces, Deus exorabilis ille est; Si modo præfentes viderit esse pecces.

Nulla inerat gratia; sed absolutæ (sospitis in lapsu damni) vel impellentibus paruit innocentia: igitur cæli, Numini- que gratiam habuit; quia penituit: post lapsum enim que damnata & absoluta; erga Numen derelictum exhibuit maiora obsequia. Damnatur, è saxo deiecit, à cælo cadens absolvitur. In damnata propter lapsum, lapsæ paruit innocentia. Quid mirum: penitens non erat ipsa.

3. Videamus, quid nostra dixerit Tautologia. Ipse & non alius. Quorsum necessarius terminus: Ut cluceat alius à se peccator, dum animum percutit scele- rum acer dolor: equidem mutatione penitentia, in conditione manet alius & ipse. Qui iacebat, surrexit: qui misere crimine aruerat, restoruit, & mirifice pulchrior, qui oculorum erat horror. Paulus erat ipse & alius, dum in saniora conversus. Vivo autem iam non ego. Fecit illustrem metamorphosim peccatorum penitendo: atque morum conversione, florebat ipse non ipse. Videtis dicta, Tom. 2. T. 1. D. 7. Ad rem (quod diximus hic, Didasc. i. m. 2.) prodigium de ardore Vespasian, que r. dicitur evulsa atque prostrata, in sequenti die viridior atque firmior resurrexit. Sane prodigium, speciosius florere lignum, quod eradicatum: & fructus opimius ferre, ex peccati ariditate, sicca radice, sine sac- co gratia; ut in Sanctuario coruscet ruti- la lux, cum floribus virgæ Aâron. Fron- dere fecit Dominus lignum aridum. Hæc mutatio dextere Excelsi, igitur aridum restoruit, firmius ac viridius ex casu surre- xit fronde, flore & gemine, præ cæteris, que fovebat splendor gratia. Verum, quod olim de lancea Romuli fictum; ut saepe ex Ovidio dixi.

Cum subito vidit frondescere Romulus hastam:

Qua radice novâ, non ferro stabat adacta, Etiam non telum, sed leni viminis arbor, Non expectatas dabat admirantibus umbras.

4. Renunciandum sæculo est (inquit Ambros. 2. de Penitent. cap. 10.) dolor interpellandus est gemitibus, interrumpendus suspirijs, sequelstrandus orationibus. Sæpsum homo abneget, & totus immuetur; sicut quandam adolescentem fabule ferunt, propter amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regressum, postea veteri occurrisse dilectæ: qua cum non interpellata, illi dixerit: Ego sum respondit ille: Sed ego non sum. Negavit esse, qui se abnegaverat sibi: & vere se ipsum non esse dixit, qui animum crimi- nis

Iob. 19. 27.

Homo peccator, penitentiæ non ipse.

Galat. 2. 20.

Suetodij

Ezech. 17. 24.

Ovid. 1. Met. fab. 48.

Ambros.

Sæpsum abneget & sibi, conditio- nis muta- tionem.

Id. Epi- stol. 12. v. 91.

Ar. pe- nitentia.

Joan. 9. à 8.

Ex mu- tationis, uti non mutatio- nis peni- tentia ca- pisset quam ce- re vel falso pi- get.

Cap. 5. 15.

Chryso.

nis penitudine mutavit; ita ut ex corde avocaretur, quo pridem voluptuosè delectabatur: & caderet pudore atque penitentia, cuius ante non erat nisi memoria.

Vidi etiam lacrymas: an est pars fraudis in illis:

Quæ veræ penitentia, sunt in fraude: er- edim simulacrum in dolente conspicit fic- tum; peccatorem signat alterum. Aliter ipsum esse & ipsum non esse. Ipsum con- ditione naturæ; non ipsum ratione gratia: igitur dum eius mutatam dolore crimi- num cor; ipsemet in portentum totus descivit à se. Hic splendor penitentia: in qua non tam sublime, quod dolentem de flagitijs faciat illum; sed quod dolore peccatorem illum faciat alterum: ut per lacrymas, dum fraus penitentis sit; possit veraciter dicere sum ego & ego non sum.

5. Occurrunt articulo duo restituti sanitati, vel sanitas reddita utrique; in quorum discrimine obicitur symbolum legitima vel ad speciem picturæ peni- tentia. Servator N. exiens extra Sanctua- rium, etiam præteriens, vidit hominem cæcum: misericordique ut excuteret ab ho- mine cæcitatem, vidit hominem; cujus constantia fragilitas, ex qua cæcitas, Dilectus vultu est cæcitas & peccator; quia omnis peccator est cæcus: at orbitate lu- minum favit cælum; ne videret in luce errantem oculis mundum; qui quidem ita amabat cæcitatem; ut usquequaque ca- dens, nunquam videret errorem. Hunc Christus illuminavit, ut gressus rectè di- rigeret. Huius cæcitas transivit in viden- tes; igitur nec crediderunt oculis. Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Ne- quaquam. Rationem hic per indicem tan- gam Tautolog. 8. D. 4. n. 13. Aliud Salva- tor patrarat miraculum, erigens è lecto mollesco ac diuturno paralyticum. Uter- que vivebat gravatus infirmitate: cæcus ambulabat, sed cum errore: paralyticus nec pedem quibat movere: auxilio ergo atque gratia Salvatoris, archiatri cælestis, & hic nactus miraculose gressus, & cæcus oculos. Quare igitur qui stupentes utrum- que miraculum viderant, paralyticum eun- dem esse non vident; & de cæco, cui Solis concessa lux, opinantur & certant, an sit ille vel non sit: Propter falsam con- versionem, dum Christi imperio excussit infirmitatem. Nec in bonam restitutus valecudinem factus est melior: inquit Christobm. in Joann. Homil. 68. Alapi- Tom. VII. Tab.

de hic: Christus ei inspiravit memoriam peccatorum inventatis suæ; quibus mor- bum longum meruit, movitque cor eius, ut de eis contereretur, & veniam peteret, itaque iustificaretur. Ideo Christus eius corpus sanavit; ut animam sanaret. Sa- nus factus, sed minime conversione con- versus: etenim reversus in crimen, ut exiit infirmitatem. Licet per dolorem accel- rit gratia favor; restitutus valetudini, mi- nimè factus est melior. Cæcus illuminatus vidit & gratia lumen aspexit: paralyticus videns salutem restitutum excussit; ite- rum errorem, quem contraxerat cæcus per cæcitatem: paralyticusque idem vide- tur; quippe in salute penitentia non cog- noscitur: cæcusque non dicitur ille qui fuerat cæcus; quoniam omnia in melio- ra mutatus: etenim idem ipse alius per gratia formam, qui cæcitatatis dolet per per- fectam penitentiam.

6. Ulterius. Alij dicunt: Hic est. Alij è contra: Non est hic. Quid ergo ille? Quia ego sum. Sum ille & non sum ille. Ipse sum, & alius, quia non cæcus, quæ fui cæcus: equidem in odium cæcitatæ & erroris illuminatus; gratia penitentia in statu gratia ego non ego: mutata est sine mutatione conditio. Sum ipse & alius, quæ fui: igitur quod fui, non sum: quoniam h. cæcitate imaginem terreni portavi hominis, ille ipse, non ipse & ille, gra- tia Deitatis, & auxilio penitentium, ima- ginem porto hominis de oculo cælestis. Floridissimè Paulinus, Natal. 10. à vers. 317.

Vita prior perit, ne pereat vita futura; Spontaque fugimus. Moriamur, ne moriamur.

Letalem vitam vitali morte tegamus: Terrena intèreat, subeat cælestis imago. In Christo versatur Adam. Matemur & istis.

Ut mutemur ibi, qui nunc permanserit in se Idem, & aeterno non immutabitur à se.

7. Mucroni iustitiae mandavi Deus ultionum, ut grassaretur in iugula idola- trarum; qui post tot portenta desecerant prævæ fide, maximeque acceptæ legee Moyseis supplex obiect indignationi, con- ditionis humane fragilitatem. Numen in vindictam duntaxat respexit duram cervi- cem; ut locus esset iustitiæ, & liberaretur ab intercelloris prece. Dimittite me, ut iras- tatur furor meus contra eos, & deleam eos. Instat Moyseis ut in veniam inclinet Dominum: illique in placationem exponit: Obscuro, Peccavit populus iste peccatum

Alapidi

Veri. 2.

Quomò- do ex- convec- ne, aliq- & ipse.

Paul. 14

Exod. 32. 101

Veri. 14



*maximum.* Solicitudine bilem irati movere, vel indignanter placare: Crimen exaggeratione amplificat, & veniam postulat: Utique: præcallet Dei ingenium, ut prosum in flagitiorum supplicium. Intendit in Numinis clementiæ commendationem: ubi ut parcat, maximum proponit crimen: equidem fumæ præcellit Numinis misericordia; ubi indulgens sine ultione prætermittit magna crimina. Hinc dolens David, & peccati poenitens, ad illud reclamare supplicat: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.* Magnitudo iniquitatis pietatem, illi parentis, non inivit, quinimò auget: & dum remissionem petit, peccatum, & multum dicit; quoniam in veniam quò maius pondus peccati, eo magis dolens lenocinatur clementiæ: auget enim misericordix magnæ gloriosum nomen, sine iustitiæ vindicta abdicere magnum crimen. Claudian. 2. de Laud. Stilic. à v. 8.

— *Qua maxima natu.*  
 Claud. *Calisolum: nam prima cbaos clementia solvit*

*Congeriunt miserata rudem. Vultus; sereno Discusis tenebris in lucem sacula fudit.*

8 Sicine itaque pietatis divinæ encomijs, Moyses in certamine pugnavit, & validiorem vicit. *Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum.* Iustitiæ gladium in exterminium populi, tradidit, & desumpatà bile ab indignatione quiescit: *Quando fecerant domus Israël vitulum (dicitur Paraph. Chald. in Cantic. 1. 5.) denigrate sunt facies eorum, sicut filiorum Aethiopia, qui morantur in tabernaculis Cedar: & quando egerunt poenitentiam; multiplicatus fuit splendor vultus eorum, sicut vultus Angelorum.* In denigrato idolatriæ noxâ, gladium accepit iustitiæ: è nigris in candidos commutavit poenitentia: suspensisque videtur iustitiæ gladius, ubi peccati dolens poenitit populus; quoniam divinæ iustitiæ gladius non habet aciem, si viderit innocentem. Candor illæsus permanet coram iustitiâ, à Throno Deitatis popâ densâ in peccata. Signum profectò ultionis, nota nigredinis: illos poenitit culpæ, manentes sub præsidio poenitentia: Deique iustitiâ transivit, quin ullum læderet; quoniam totam transgressionis factæ nigredinem, criminis poenitentia mutaverat in candorem. Cum scditatis signo ultrix in vindictam pennata cucurrit, sed ad castra pervergens, penitus hest; quia in peccatoribus

Dei maxime pellet misericordia, si indulgentur ab illo crimina maxima.

Pl. 24. 31.

Verf. 14

Chald.

Candor poenitentia ex nigredine peccati, quædit

nullum peccati signum, ex lachrymis poenitentium. Ad crimen puniendum missa, verum suspensa macheta: etenim quaerens in transgressoribus crimen, nullius criminis vigil invenit nigredinem. Favet iustitiâ, ubi assillit gratia. Hac ornata anima pulchra, crimine nigra: equidem horrore criminis denigratur etiam super carbones. Si modo iustitiâ nigram aspiciat, arcum tendit, atque vasa mortis præparat. Hæc alia induit, ut color mutetur, nisi criminis dolor. Sequitur iustitiâ à tergo, sed in ultionem tunc pendula cogitatio: equidem ubi cogitatur in cordibus atrum crimen; invenit, ne ulcisceretur, ex poenitentia fieri gratiæ splendorem. In supplicium exposita illi rationalis imago, cum nigredinis signo. Ideo irascitur furor; quia in vulneratis non erat dolor, sed peccati color: illi quæ quærit, qui furore in ultionem incumuit; quippequam intendens, in peccatorum nigredinem, poenitentiam in illis aliam invenit imaginem. Erant illi, & non erant illi: ipsi & alij, etenim ipsimet iniquitatis fulgine; ipsi & alij splendore poenitentia.

9 Quin sciret quod fingeret, Antiquitas in articulum cogitationem exposuit. Ino duos filios ex Athamante habebat, atque ex aula viri fugerat, qui Themistionem pro illa fugitiva duxit, de qua etiam duos filios suscepit, qui simul cum prioribus nutriebantur. Quasi capta domum Ino à marito recepta, sed uxori posteriori omninò ignota: ad quam, quasi servam dixit Themisto (quia averfabatur filios Inonis) ut huius vestiret nigris, & suos habitibus candidis; quia volebat occidere tædio ac odio novercali. Gavisa est signo mater, ut suos liberare possit; unde & vestes commutavit: Themistioque iugulavit suos, ubi per vestem iudicavit alieas. Refert Hygin. *fabul. 4.* Dicam cum Lucretio, 4. de Rep. natur. v. 324.

— *Longæva vestibus Cuncta situ involvens, & res, & nomina delet.*

Verè, cum tribuat nove, cali malitiæ, quod tribuendum poenitentia. Quicquid non candidum Dei gratiâ iugalandum profectò à divina iustitiâ. Non in candore peccatores, fuscis fulgine criminis, futuri ut penas luant; eò quod leges non custodiant. Altum cogitat in huiusmodi ærumna, mater clementia; ut mutent vestem, & fugiant mortem; quæ perfidè insidatur infelicium vitalitati, ni propendat cordium avertorum conversio: re-

Visa poenitentia, sulca dicitur à vna iustitia.

Fabula Ino.

Lucret.

Per poenitentiam, innovent canis, ubi arbor a grege.

remittere in poenitentiam per quam lucrentur contritionis gratiam. Hæc recipit, corda tangit, intinè percudit, illos poenitit, cor dolo: & cum in nigredinem peccatorum dumtaxit invenit iustitiæ gladius; in peccatores eius etiam suspenditur ictus: equidem liberatur à morte, quia poenitentia permuravit veterem: vidit enim illustrem candorem gratiæ, ubi arbitratur esse nigredinem culpæ. Amiciti sunt poenitentes Itolis albis; quippe abolitum eum fulgine crimen, per poenitentia introductum splendorem. Fallitur Sophocles in *Aiac. v. 701.* dicens:

— *Quid adeo doles ob facta? Facta infecta fieri nequeunt.*

Poenitentiam non noverat per mutatione cordis; igitur miseriè facit infecta de factis, ita ut mutatione coloris vestium, macula non sit vestigium. Summitate enim alicui facere confucit

*Candida de negris.*  
 10 De Sponsa dicitur (quo illa summe extollitur) *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Nonne erat nigra? iam non nigra, dum sponsa. Decolorata erat, ubi averfa, absentia gratiæ; modò gratiosa sine fulgine culpæ: & quæ fusca, rutilat sine macula; quia iam amica. Sit ergo, verum tota sine macula, & tota pulchra: Tota quidem pulchra, quoniam ex contracta amicitia absque ulla macula. *Quid est, quod Sponsa tota pulchra esse dicitur (inquiret Gregor. Magn. hic) in qua macula non habetur? Unaquaque anima munda efficitur; quia dum per voluptatum mortificationem vitijs relinquitur, & frequenter lachrymis abluitur; sordet lavat, ut Sponso placeat cui pulchra appropere conatur: cuius conatum ad effectum Sponsus per gratiam suam ducit, & dicit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Hæcine de causa N. Theodidactus Patriarcha nobis Zelotes commendat: *Mala sua præterita (longè præsentia mala; quæ iurè arbitrat in claustris impossibilia) cum lachrymis vel gemitu quotidie Deo confiteri.* Ita *Regul. S. cap. 4.* metricèque Gabriel Bugnotius:

*Sæpe Deo delictum aperi, pœnisque recludet.*

*Et pigeat summo displicuisse Patri.*  
 Sic reditur pulchra imago, crimine maculata: etenim cum illustret per dolorem poenitentia; tota apparet sine macula ex lachrymis, sine vestigio nigredinis, imò in cumulo pulchritudinis, per amicitiam eximio candore vultis: totaque sine ma-

Sophocle

Ovid.

Cantic. 4. 1.

Gregor.

Mago. Quomodo anima quæ cuius pulchra, invenitur sine macula

S. Benedic.

Bugnot.

cula fulget: quippe gratia non solum facit pulchram, sed pulchritudinem in splendorem percudit. Evanuit crimum poenititudo, nigrum; & *Omnibus è nigro color est mutatus in album.*

Videtur fitas lachrymarum à poenitentia; ne peccatores obnoxij inveniantur à iustitiâ.

11 In lege veteri erat Domino oblatio investigans adulterium. In explorationem primò caput feminæ discooperiebatur, ut pudore suffunderetur. Dein Sacerdos pulverem in aquam iniiciebat, maledicta in papyro notabat, aquamque mulier bibeat. *Scribet sacerdos in libello ista maledicta, & delebit eâ aquis amarissimis, in quas maledicta congestis, & dabit ei bibere.* Pende. Etenne hoccinæ examen criminis, vel discussio examinis: Dum discutitur ceremonijs adulterium, exponitur patrocinium. Objicitur feminæ crimen, & simul obstringitur offendere faciè. Sat in satisfactioem culpæ, vitæ, rari à cunctis in examen vocari: igitur si evacuarur culpa poenitudine criminis; dolor maior in foemina pudor examinis. Bibet missas pulvere aquas amarissimas, quæ signabant lachrymas. Unde intellescer in crimine crimen, præveniens tantum dolorem? Antequam etiam reâ iudicaretur, per signum abolvebatur: ne quibat utique condemnari; cuius lachrymantis cor operabatur poenitentiam in pulvere. In maiori periculo non peribat, ut dolens potum cum fletu miscebat. Lachrymæ tamquam aqua dulces sunt, datæ ut subleventur cor: pollent acerbitate amaritudinis; si causa criminis dantur in dolorem cordis: at cum dolor cordis commisso crimine, immittat artificio poenitentia; ne quibat investigari delictum, quod debebat amarore lachrymarum. Dicit textus. *Scribet Sacerdos in libello maledicta, & delebit eâ aquis amarissimis.* Quis? Sacerdos? In crimine scripto, cuius videbat fletum; nihil apparebat scriptum. Non enim debebantur, si legerentur. Mulier? Sane, confusa pudore: etenim quæ in poena manu scribebantur Sacerdotis; debebantur aquis amarissimis ex conficta poenitentia. In aqua amarissima abluetur criminis suspecta schedula; quousque nihil distingueretur ex scriptis. Hinc, ut dixi, in examine latebat excusatio transgressionis, infectis factis, aquis præparatis poenitentis cordis: equidem si iuxta acta iudicaretur iustitiâ; nullatenus in cri-

Ovid.

Numer. 5. 15.

Verf. 14

Lachrymæ maledicta, vitæ, culpa



crimen notum; cum ex scriptis in iudicem nec remanserit vestigium.

12 Suffragatur cogitationi Iosephus. De membrana (inquit, 3, Antiquit. cap. 10.) descriptum nomen in pitillam sacerdos exprimit, atque potulum bibendum porrigit. Formetur ergo foemina contra procellus: in sententiam scrutandi sunt actus. In quam & ex quo fulminanda sententia? Aquis amarissimis lachrymarum epotis, non sunt acta. Perperam etiam in peccatrice iudicabitur crimen; ubi non apparent neque scripta neque nomen. Astruit articulus foeminae, propter adulterium ad Christum, tanquam iudicem, adducta.

13 Haec mulier (dicunt acores) modo deprehensa est in adulterio. In lege Moyses mandavit huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis: An quod compleretur lex? Lex iam executioni mandata; cum illa ploreret, alto pudore diffusa. Vide Novarin. hie. Pudet, convicta criminis haeret. Bibeat aquas amarissimas in dolore poenitentis, testibus oculis. Ad iudicem propter damnationem desata; sed condemnavit nemo. Iudex electus illi etiam dixit: Nec ego te condemnabo. Scripta deleverat poenitentia; & iudex non condemnat, quia non sunt acta. Sine causa periclitabitur vita mulieris. Nihil constat ex scriptis. Est calumnia: fugiunt testes. Calumnia, & modo in adulterio fraganter comprehensa est: Calumnia: poenitit cor. Nullam meretur poenam, iuxta presentem iustitiam. Est sine crimine, praeter criminis vehementiore dolore. Lex non iubet huiusmodi lapidare. Adulteram iubet, sed non quam poeniter, hausta lachrymarum amaritudine, & fletus acerbitate. Haec mulier non est huiusmodi. Nemo ausus suffragari praedictio. Nec ego te condemnabo. Quare? Ex accusatione constat. Haec mulier, dicitur. Quomodo vocatur? Tacetur. Vel cum crimine calumnia est. Cuius qui vindex damnabit crimen, si non est nomen? Profecto à iure forma fulminatur abolitionis, ubi nil constat de nomine nec scriptis. Tertullian. ad Senator. Apostat. v. ole.

14 De aquis amarissimis, quarum potio ab Hebraeis Sutha vocatur, ut inquit Petr. Cuneus, 1. de Republ. Hebr. cap. 12. dicitur, quod esset sacrificium & oblatio investigans adulterium. Utique, ubi non est criminis poenitudo, oblatione lachrymarum: equidem dum intervenit poenitentia, evanescit investigatione vel

patens culpa; quoniam dum ex eius dolore è pectore erumpit fletus, sacrificium Deo spiritus contribulatus: quod quidem placidè accipit; igitur in tempore tribulationis peccata dimittit. En adultera

Quam Pharisa manus, placido sub iudice sistens, Quam damnare paras, plus liberat.

Haud turbet in desperationem multitudo peccatorum, quum in spiritu tribulato insit sacrificium lachrymarum: etenim conciliatrix gratiae sollicita poenitentia, proicit in mare, ne videatur lumina cuncta peccata. Peccatum adulterae in membrana scriptum, dilutum aqua illi propinabatur in potum. Quorsum ergo? Ut videretur an federet, vel non federet stomacho. Noltrates: Quo estomago la basia. An dulcedo in factu, ex examine esset viscerum amaritudo: & ex eo quod amaricaret stomachus, si tunc dulcedinis esset fletus amarus; quo possit delere scripta in examinis causa: etenim si potu visceribus amaricaret peccatum; ex scriptis ad causam, nec unum apparebat elementum. Vernacule: Entrando la amargura de la poenitencia en la culpada, no parecia de la poenitencia ni una letra. Prudent. in Pylphom. à v. 967.

O quoties animam vitiorum peste repulsa Sensimus incaluisse Oro! Quoties tepidatibus Coeleste ingenium, post gausa candida retrid Cesisse è stomacho? Ergo semineamus super aquas, ut ex criminum miseria alluceat nobis felicitas: igitur fluminis imputus lachrymarum, operit multitudinem peccatorum.

14 De singulari gemma Alexandri Magni, dixi hic Tautolog. 1. D. 4. n. 2. alioque colore agam, Tautolog. 9. D. 5. n. 6. Lapidus erat ex se pretiosior, sed ex summo pondere estimabilior; quippe in statera collocatus ut in libramen elevari posset, non erat pondus. Unde huiusmodi conditio oritur, à Gymnosophista interrogatur: causam haud indicavit; sed pulverem; aut cinerem super lapillum iniecit, quo statim in statera sursum sine pondere atollitur, palea levior. Quid expressius & signatius in nostram causam, pro indice ponderosa culpe atque levis poenitentiae? Culpa est lapis oneris, in divinx iustitiae libra: pondus propendet in Tartara. Per cinerem, aut pulverem dolor de peccatis signatus est; qui causa in cinere & pulvere poenitentiam agit cor. Crimen gravat, dolor levat: & ita levatur

Ioseph.

Joanna 8. 34.

Ysa. 1. 16.

Cui criminis doler, & res & nemi & delat.

Tertull.

D. v. 15.

Quae potio investigans adulterium

ut criminum maiora pondera, per poenitentiam leviora sint pluma. Regnum criminis erat regnum Baltasaris. Appensum in iustitiae divinx statera fuit. Cogitationes eius conturbabant eum. Praeter in criminum dolore conscientia instabat percuciens; appensus, inventus est minus habens. O infelix, pulverem adversus pondus flagitiorum reliquens! etenim si superposuisset perfectam, plenam cinerem poenitentis; totum criminum pondus in statera nullius ponderis. Paulin. in Carm. Baprist. v. 292.

O verè quod ais, pondus levis, quodque cohaeret

Suavis ingum; tobis homini ignoscitur uni.

15 Haud ideo quia sunt: pharmaca, haurienda à pectoribus aconita. Quamvis sit scutum, haud exponendum pectus vibrationi telorum. Phreneticus esset, qui proijceretur ex nave gratiae, ad procellosum fretum: quoniam prompta tabula post naufragium. Malum accipere vulnus, quoniam non aberit medicus. Dixi encomia poenitentiae, non ut confidas; sed ne diffidas: imò ut gauderis, quod si crimen, adipisci valeas reconciliationem. Ut sis ipse qui eras ante amissionem gratiae; & ipse alius pessundato ab odio crimine: etenim si de gratia ad gloriam in resurrectione corporis, homo ipse & non alius; ipse debet esse & alius, ubi per poenitentiam anima surgit de peccamine ad gratiam; ut renovetur & denuo floreât, qui crimine aruerat. Monet Boëtius, de Consolation. Philosophiae. lib. 3. Metr. 1. à v. 1. & 4. v. 7.

Qui serere ingenium volet agrum, Liberat arva prius fructibus, Falce rubos, silicemque resecat. Dulcius est apum magis labor, Si malus ora prius sapor eat. Gratius astra nitent, ubi Notus Desinit imbriferos dare sonos. Lucifer ut tenebras pepulerit, Pulchra dies roseos agit equos. Tu quoque in falsa ruens bona prius, Incipe colla ingo retrahere. Vera dehinc animum subierint. Quis illos igitur putet beatos, Quos miseri tribuunt honores?

16 De singulari gemma Alexandri Magni, dixi hic Tautolog. 1. D. 4. n. 2. alioque colore agam, Tautolog. 9. D. 5. n. 6. Lapidus erat ex se pretiosior, sed ex summo pondere estimabilior; quippe in statera collocatus ut in libramen elevari posset, non erat pondus. Unde huiusmodi conditio oritur, à Gymnosophista interrogatur: causam haud indicavit; sed pulverem; aut cinerem super lapillum iniecit, quo statim in statera sursum sine pondere atollitur, palea levior. Quid expressius & signatius in nostram causam, pro indice ponderosa culpe atque levis poenitentiae? Culpa est lapis oneris, in divinx iustitiae libra: pondus propendet in Tartara. Per cinerem, aut pulverem dolor de peccatis signatus est; qui causa in cinere & pulvere poenitentiam agit cor. Crimen gravat, dolor levat: & ita levatur

ut criminum maiora pondera, per poenitentiam leviora sint pluma. Regnum criminis erat regnum Baltasaris. Appensum in iustitiae divinx statera fuit. Cogitationes eius conturbabant eum. Praeter in criminum dolore conscientia instabat percuciens; appensus, inventus est minus habens. O infelix, pulverem adversus pondus flagitiorum reliquens! etenim si superposuisset perfectam, plenam cinerem poenitentis; totum criminum pondus in statera nullius ponderis. Paulin. in Carm. Baprist. v. 292.

O verè quod ais, pondus levis, quodque cohaeret

Suavis ingum; tobis homini ignoscitur uni.

15 Haud ideo quia sunt: pharmaca, haurienda à pectoribus aconita. Quamvis sit scutum, haud exponendum pectus vibrationi telorum. Phreneticus esset, qui proijceretur ex nave gratiae, ad procellosum fretum: quoniam prompta tabula post naufragium. Malum accipere vulnus, quoniam non aberit medicus. Dixi encomia poenitentiae, non ut confidas; sed ne diffidas: imò ut gauderis, quod si crimen, adipisci valeas reconciliationem. Ut sis ipse qui eras ante amissionem gratiae; & ipse alius pessundato ab odio crimine: etenim si de gratia ad gloriam in resurrectione corporis, homo ipse & non alius; ipse debet esse & alius, ubi per poenitentiam anima surgit de peccamine ad gratiam; ut renovetur & denuo floreât, qui crimine aruerat. Monet Boëtius, de Consolation. Philosophiae. lib. 3. Metr. 1. à v. 1. & 4. v. 7.

Qui serere ingenium volet agrum, Liberat arva prius fructibus, Falce rubos, silicemque resecat. Dulcius est apum magis labor, Si malus ora prius sapor eat. Gratius astra nitent, ubi Notus Desinit imbriferos dare sonos. Lucifer ut tenebras pepulerit, Pulchra dies roseos agit equos. Tu quoque in falsa ruens bona prius, Incipe colla ingo retrahere. Vera dehinc animum subierint. Quis illos igitur putet beatos, Quos miseri tribuunt honores?

Sedul. 6. v. 219.

Quum Dea accipit, sacrificium la. chrymarum

Evanescentia corporis criminis, dolor & v. 292.

Prudent

16. 20.

Græcia d'alex. Magna.

16. 20.

ut

DIDASCALIA IV.

Inter homines amicitia vel nulla, vel falsa.

1 IPSE & non alius, in felici corporis relinfectione dicitur Iobus. In gloria claret amicus, persistente gratia; quæ sepe capius mutatur ex gloria, ex cuius absentia constat vel deficit amicitia: unde in gloria celesti, non alius dicitur ipse; quippeque in amicitia seculi (cum sit ex gloria) amor apparet perfidia: etenim in arctiore qui gloriatur ut amicus, ipse non ipse sed alius. Ita ut dicit Plautus in Trinum. Act. 3. Scen. 2. v. 19. & Euripid. in Hippolyt. v. 955.

Nimum difficile est reperiri amicum, Ita ut nomen eluat, ut sine cura dormias. Veniantur enim gratiam magnificis verbis, Interim factiora turpia molliuntur.

Fugientos moreis. Hoc opus, & labor. Alij fiducia fallunt, alij cautio recedunt. Ita est animi natura: quandoquidem quæ fides videtur magna (quippe tantum videtur) patet perfidia; & eò nocentior, quod replendet candor.

Itas & verba locat. In amici perfidiam pictum scutum ut musicum instrumentum, in figura sagittarum; de quo Vincent. Chartar. de Imagin. Deor. fol. 40. Kircher. Obelisc. Pamphil. lib. 3. cap. 12. pingit in modum serpentium. Ergo denudemus symbolum.

2 Quid magis rationi consonum, quam amicitia instrumentum è chordis cordium & fide fidium? Nil dulcius sonat: verum cor Sirenem caveat. Pub. Syr. Mim. 166. & 171.

Cavendi nulla dimittenda occasio. Habet sum venenum oratio blanda. Non est melos, sed incantatione dolus: igitur quod auditur harmonia, cordis sagitta. Prius viscera percucit, quam auditum: equidem blandimen auris patet ex vulnere telum. Chordæ sunt verba in pectoris cithara, sed corde & cordo prolata; in quibus amarum prædulce per saltum sonum, quippe corruptum citharæ cordis secretum. Et temperie secreti citharæ pendet consonantia, atque suavitas harmonie.

Ad istum cognoscitur, ubi arte fides percucitur: peccatumque perfidum declarat ictus; quoniam dolose peccatus (scutum sonum chordarum

Iob 19. 17.

Amicus inventus diffidit.

Plaut.

Euripid.

Seneca in Fur. rent. 1. 172.

Symbolum amici perfidus.

Pub. Syr.

Eius gratia sagitta.

Modus Suetia.

Boet.

